

Quid melius intellectu et scientia: nisi deus.  
Deus bene videt presentia: et praeterita et futura.  
Bona fortuna est appetitus naturalis factus  
vel datus a deo mouente totam naturam vel  
corpora naturaliter.

Auctoritates ex libro aristotelis de  
pomo et morte.

**S**apientius philosophia videtur mihi esse  
res diuina.

Mors nihil aliud est: nisi recessus  
anime a corpore.

Sapienter letari debet de morte sua. et non dolere  
Philosophia docet homines suum cognoscere  
re creatorem.

Docentes alios mentiri non debent.

Logica similis est scorpioni in tyriacha: qui hinc  
profert venenum: tamen in tyriacha existens  
remedium praestat: dolorem patienti.

Beata anima: que non fuerit infecta prauis ope  
ribus huius mundi.

De anime peccatrici: que non habet posse re-  
deundi ad locum suum. quia turpia opera de-  
lectabilis corporis impediunt ascensum eius sursum.

Auctoritas ex epistolis ad Alexandrum.

Aristoteles alexandro bene agere.

**A**dulto melius est habere animam  
habentem scientias quam habitum  
corporis videre bene indutum.

Eos qui viuuntur ratione et cum hac omnia vo-  
lunt agere: tanquam bonos et optimos existen-  
tes laudamus. eos autem qui sine ratione  
aliquid faciunt: tanquam crudeles et rudes et be-  
stiales existentes odimus.

Sicut vita sine tristitia delectabilis est: ita scien-  
tia rationalis: et sensata amabilis est.

Concupiscentia et ira et ceteris similibus. reliqua  
viuuntur animalia. ratione autem nullum ani-  
malium viuit. nisi homo solus.

Suadeo tibi attendere rationibus philosophiae  
Sicut conseruamentum corporis est sanitas:  
ita conseruamentum anime est eruditio.

Eruditione precedente: non contingit peccare  
circa actionem.

Si oculis cordis videre delectabile est. anime  
oculis acute intueri mirabile est.

Sicut dux est saluator exercitus sic ratio erudi-  
tione viue est dux anime.

Auctoritates epistolae Senecae ad Lucillum

**O**rbis summa est iactura: que per negli-

gentiam fit.

In hoc fallimur quod mortem non prospicimus  
magna pars eius iam praeterijt.

Omnia o lucilli aliena sunt: tempus tamen nostrum est.  
Omnes ignoscunt nemo succurrit.

Non puto pauperem cui questulicium super est satis est  
Nullquam est qui ubique est.

Non ne o lucille: peregrini multa hospicia ha-  
bent nullas amicitias.

Non prodest corpori cibus: qui statim sumptus  
emittitur.

Nihil ita sanicatem impedit: sicut crebra reme-  
diorum mutatio.

Non venit vulnus ad cicatricem: in quo me-  
dicamenta saepe sine tentantur: nec conuale-  
scit planta que transfertur. Unde nihil tam  
vile est: quod in suo subito tantum proficit.

Fastidientis stomachi est multa degustare. que  
ubi varie sunt et diuersa inquinant: non alunt.

Honestas res est leta paupertas.

Non qui parum habet est pauper: sed qui plus cupit  
Errat ille qui amicum in atrio querit in conuiuio  
probat.

Nullus habet maius malum occupatus homo  
et bonis suis obsessus quam quod amicos sibi pu-  
tat. quibus ipse non est.

Cum amico omnia delibera sed de amico plus  
Detrunctum vitium est omnibus credere: vel nulli.

Desinum est: quod auctoritatem habemus senum  
viri vero puerum.

Neminem eo fortuna prouerit ut non tantum  
illi minaretur quantum permisisset.

Nulli fortune credere. In momento enim ma-  
festas vertitur. Ademento quod mare euer-  
titur: eodem die ubi nauigia luserunt ibi  
dem forbentur.

Infirmi animi est pati non posse diuitias.

Nullius bonis iocunda est possessio sine socio.

Unum exemplum luxurie atque auaritie: mul-  
tum facit mali.

Annus illis conuersari debes: qui te meliores  
faciunt.

Allos etiam admittere: quos tu meliores facere po-  
tuit.

Quid est turpius: quam senem viuere insipientem.  
Ad agendum vi non seruamus verbis sed seculo.

Quid refert qualis tuus status sit: si tibi vi-  
detur malus:

Sic viuere cum hominibus tanquam deus videat.  
Sic viuere vel loquere cum deo tanquam boves audiant.